# Incipit liber octauus de terra ⁊ de his que ꝑtinent ad terrā. et poſſunt figurare mariam.

Terra. ſolum. tellus. humus. arida. limus. et argil. i. argilla.
Area. campus. ager. mons. collis. cōcaua vallis. i. vallis ⁊ conuallis.
Deſertum. ſolitudo. petra. paſcua. pratum.

Maria terra — Titulus i.

Verſus primꝰ

TErra. Hec ē terra de qua for A
matus eſt hō. Gene. ij. ſcꝫ nouus adā de limo terre. i. argilla. q̄
eſt tenax tractabil' et firma. ſuꝑ quā ſecure fundant̃ oꝑa lapidea.
Similiter maria tenax et firma fuit in ꝓpoſito ꝯſuāde ꝟgini
tatis. et ꝑ obedientiā tractabil'. Unde dixit. [Ecce ancilla do.]
Quaſi diceret. Quicq̄d ei placuerit faciat de ancilla ſua. Ecce
tractabilitas. Que ꝑcib9 ſuis et meritis ſuſtinet ⁊ ſupportat edificiū eccl'ie militā
tis. Tractabil' etiā ad vota nr̃a implēda. ſi digne fuerit exorata. Itē hec ē terra d̄
qua dictū ē Gene. ij. ꝙ [hō nō erat q̄ oparetur terrā.] Nullꝰ enī homo opatꝰ ē in
ea terra virgine. de q̄ formatus eſt chriſtꝰ. q̄ factꝰ eſt ex ſemine dauid ſm carnē. i.
tanq̄ de limo terre ſm hoīem. [Sed fons aſcēdebat e terra. irrigās vniuerſā ſuꝑ
ficiē terre. Superficies terre] i. dignitas terre virgo maria picturata oīm floꝝ ſpe
cioſitate. i. virtutū. Quā irrigauit ſpūſſanctus q̄ eſt fons aque viue. vt q̄ſi de limo
tali fieret hō ille q̄ conſtitutꝰ eſt in ꝑadiſo. vt oparet̃ ibi et cuſtodiret illū. i. in volū
tate patris vt eā adimpleret. In ꝑadiſo etiā. i. in vtero beate marie virginis poſi
tus eſt chriſtꝰ in incarnatōe. qn̄ mulier circūdedit virū. vt oparet̃ in ea fecūditatē.
⁊ cuſtodiret illeſam virginitatē. Et nota ꝙ beata virgo ante filij cōceptōez erat B
q̄ſi terra ſicca ab omni humore nociuo. Acceſſit gr̄a ſpūſſcti tanq̄ fons irrigans.
et ex tali ꝯiūctione factus ē limus de q̄ formatꝰ eſt chriſtus.

Hec eſt terra euilath. qd̄ interp̄tat̃ dolens vl' parturiēs. q̄ duo bene ꝯueniūt btē vir
gini. habito reſpectu ad filij paſſionē. qn̄ doluit ſuꝑ partu ſuo. In hac terra naſci
tur aurū optimū. i. caro chriſti. vt fiat compatio. Bona enī fuit caro ade q̄ potuit
nō mori. Melior erit noſtra poſt reſurrectōem q̄ de cetero nō poterit mori. Opti
ma caro chriſti q̄ nō ſenſit corruptōem in ſepulcro. et ꝑ quā mortua poterit reſu
ſcitari et reſuſcitata gl'ificari. In hac etiā terra inuenit̃ bdelliū et lapis onichinꝰ.

Plinius

Bdelliū ſm pliniū ē arbor aromatica et valde odorifera. et ſignat animā chriſti. q̄
totū mundū vniuerſis virtutū et exemploꝝ odorib9 reſperſit. Lapis onichinꝰ q̄
ꝑcioſus eſt valde. colore cādens ⁊ hūani vnguis ſimilitudinē exprimēs. ſignat dei
tatem chriſti. que cū ſit candor lucis eterne ⁊ ſpeculū ſine macula. ſplēdor gl'ie. et
figura patris. nihilominꝰ tn̄ ad hūani vnguis ſimilitudinē. hūane carni in incar
natōe ſuꝑſedit. et ei ꝑſonaliter inheſit. Maria ergo terra eſt euilath. in q̄ et ex qua
⁊ ꝑ quā deū et hoīem habuimꝰ. Et nota ꝙ dicit̃ ꝙ [ibi naſcit̃ aurū optimū] i.
caro chriſti q̄ de ea nata ē ⁊ formata. et ibi inuenit̃ bdelliū et lapis onichinus. i. aīa
chriſti et deitas. Nota bene.

Item hec eſt terra geraris. Gene. xxvi. in q̄ ſeminauit yſaac. et inuenit illo anno cen C
tuplū. Geraris interp̄tat̃ aduene ꝓpinq̄ntes. q̄a illi q̄ prius aduene erant a deo. ꝑ
oratōes et exempla marie appropinq̄nt ei. Qui enī ſemināt in hac terra expenden
tes ad honorē eiꝰ ſua tp̄alia. inueniunt etiā ipo anno. i. in p̄ſenti vita multā retri
butōem q̄ notat̃ ꝑ centuplū. Conuertit enim q̄ſdā ab errore vie ſue. quoſdā paci
ficat filio. q̄buſdā dat gratiā cōtinendi. q̄ſdam hūiles. quoſdā largos. q̄ſdam miſe
ricordes. q̄ſdam facit pacificos. q̄buſdam largit̃ veſtimēta ꝟtutū. q̄ſdā ꝓphetas.
id ē. ſapientes cōſtituit. ſicut dicit̃ ſap. vij. et hmōi. Ecce centuplicatio eoꝝ que ſe
minaueris in hac terra.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Hec eſt terra fluens melle virginitatis.et lacte fecūditatis.de q̄ legit' Nūeri.xiij.ꝛ.xiiij. D
et de qua dn̄s dicit loq̄ns de iudeis Ezech.xx. Dedi eis terrā fluētē lacte et melle p̄
cipuam omniū terraꝝ.
Hec eſt terra ꝓmiſſionis ꝓmiſſa iudeis.reddita chriſtianis .cui⁹ fructus fic⁹. vua.ꝛ
malogranatū. Per ficū dulcedo marie. Per vuā dilectio eius letificās ineffabili-
ter coꝛ ſibi deuotū. Uel virtus oratōnū eius.que chriſtū inebriāt et faciūt obliui-
ſci petōꝝū noſtroꝝ. Malogn̄atū diuerſitas graꝝ q̄bꝫ facit nos ſocialiter ꝛ charita
tiue cōuerſari. Uel h̄ triplici fructu figurat' ipe chriſtus fruct⁹ vteri virginalis.
Hec eſt terra bona de q̄ legit' deutero.viij. Terra riuoꝝ aquarūq3 et fontiū. i cuius E
cāpis et montibꝫ erūpunt fluuioꝝ abyſſi. Terra frumēti oꝛdei ac vineaꝝ.in q̄ fic⁹
et malogranatū et oliueta naſcunt'. Terra olei ac mellis.vbi abſq3 penuria panis
comedit'.et rex omniū abūdantia habet'.cui⁹ lapides ferrū ſunt.et de mōtibꝫ eius
eris metalla fodiunt'. Terra optima.vbi ad ſaturitatē comedit'. Siq̄dē maria ter-
ra eſt riuoꝝ aquaꝝ fontiū et fluuioꝝ.p q̄ omnia figurant' dona et cariſmata .gr̄e ꝛ
virtutes.que p eam habuit mundus.
Ipa etiā terra frumēti.q̄a nobis pepit chriſtū q̄ ſe dicit gn̄ū frumēti. Joh.xij. Ter F
ra eſt etiā frumenti .i.ſcripture ſacre hoꝛreū.q̄ velut frumento paſcunt' aīe ſancte.
Ipa terra oꝛdei q̄ð eſt frigide nature.ꝛ inde fit potus febꝛicitantibꝫ ad caloꝛis refri-
gerium .quia infirmantibꝫ p peccatū attulit medicinā. Ecci.xxxviij. Altiſſimus ð
terra creauit medicinam ꝛc̄.
Ipa terra vineaꝝ.quia ab ipa potamur vino multiplici .ſicut dictū eſt libꝛo.xij.par-
ticula.i.verſu duodecimo orti concluſi.
Item Deute.xi. Terra mōtuoſa et campeſtris de celo expectās pluuias.quā dn̄s ſp
inuiſit.et oculi eius in ea ſunt.
Item Deute.xxxiij. Oculus iacob in terra frumēti ꝛ vini. Jacob luctatoꝛ ꝯtra vicia
q̄ ad adiutoꝛiū marie ſemp debet aſpirare.
Hec eſt terra appenſa ſup nihilū p hūilitatē. Job.xxvi. Uera enī hūilitas q̄ ſoli ðo
innitit'.infra ſe nō videt niſi nihilū.i.defectus ꝓprios et mūdi vanitatē. Un̄ dicit'
Treno.iij. Ego vir videns paupertatē meā .i.ideo virilis q̄a cognoſcēs meos de
fectus.ſicut terra q̄ ideo firma.quia ſup nihilū appenſa. Hiere.iiij. Aſpexi terraꝫ
et ecce vacua erat et nihili.
Item Job.xxviij. Terra de qua oꝛiebat' panis.

Sermo i ſctificatōe marie

DE hac terra in ps. Benedixiſti dn̄e terrā tuam ꝛc̄. In his ꝟſibꝫ notant' G
q̄ttuoꝛ. ¶ Primū virgis ſctificatio. Un̄ ð: Benedixiſti .i. ſanctificaſti. Et
hec benedictio cōſiſtit in tribꝫ.quia dn̄s p̄mo eam bn̄dixit. in vtero matris ſctificā
do. Scðo in ea fomitē extinguēdo. Tercio generādi potentiā eidē tribuēdo. Jō
dicta eſt bn̄dicta in mulieribꝫ .q̄a cōcepit ſaluo floꝛe.poꝛtauit ſine laboꝛe. pepit ſi-
ne doloꝛe.q̄ð nulla alia. De p̄mo.ſ.de ſctificatōe. Fluminis impet⁹ letificat ciui-
tatē dei. De ſcðo.ſ.de fomitis extinctōe. Uirt⁹ altiſ.obum.tibi. De tercio.ſ. ð col
lata potentia generādi. Hiere.xxxi. Creauit dn̄s nouū ſup terrā.femia circūdabit
viꝝ. Dicit' g̃. Benedixiſti dn̄e terrā tuā .i.mariā q̄ tota fuit tua. Et hanc terrā ſo
lus de⁹ inhabitauit.ſol⁹ eā excoluit.et ipm ſolū hec terra fructificauit. ¶ Secū- H
dū q̄ð hic notat' Captiuitatis nr̄e liberatio et reductio. Un̄ ſeq̄tur Auertiſti ca-
ptiuitatē iacob. Siq̄dē anteq3 maria naſceret' captiuabat diabol⁹ ꝛ dep̄dabat' to
tū gen⁹ humanū.ſ3 p partū ei⁹ reducta ē captiuitas et excuſſa eſt p̄da. ſic p̄dixerat
Iſa.xlix. Nunq̄d tollet' a foꝛti p̄da.aut q̄ð captū fuerit a robuſto ſaluū eſſe pote-
rit? Capit ei diabol⁹ et captiuat petōꝛē.q̄n moꝛtali peccato ꝯſentit vl' moꝛtaliter
peccare deſiderat. Cōtra q̄ð oꝛat ps.dicens. Nō tradas me dn̄e a deſiderio meo
petōꝛi. Eſt aūt duplex captiuitas.peccati et inferni. Et de vtraq3 dicit' Iſa.xlvi.
Anima eoꝝ ī captiuitatē ibit. Et ꝯ p̄mā oꝛat ps. Cōuerte dn̄e captiuitatē nr̄am
ſic toꝛrēs.q̄ frigoꝛe aq̄lōis cōgelatus flante auſtro cōuertit' in fluxū. De captiuita
te īferni ðr eph.iiij. Aſcēdēs chriſt⁹ ī altū captiuā duxit captiuitatē. A captiuitate
īferni reducti ſūt p partū marie ꝛ filij paſſionē.q̄ ibi antea ꝯtinebāt. A captiuitate

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

peccati mlti quotidie p mariã ad ſtatum gratie reducunt̃. Et ꝓpter h̃ ſequit̃ in au
toritate yſaie. Eadem et captiuitas a forti tollet̃.i.a diabolo. vl'a forti.i. p fortem
mulierẽ.ſ.mariã. Non tñ omniũ ſed illoꝝ q̃ ſunt iacob.i.q̃ ꝯ vicia reluctant̃. nõ pi
gritantiũ.vl'illoꝝ de q̃b⁹ dr̃ Treno.i. Abierũt abſq3 fortitudĩe añ faciẽ ſubſeq̃ntꝭ.
Terciũ ẽ p p̃ces marie nr̃aꝝ iniq̃tatũ remiſſio. Uñ ſeq̃tur.⌊Remiſiſti⌋.i.retro I
miſiſti.ſ.poſt tergũ tuũ⌊iniq̃tatẽ⌋.i.pctõꝝ ꝯgeriem. Unde Iſa.xxxviij. Proieciſti
poſt tergũ tuũ oĩa pctã mea. Sed nota q̃ dicit ⌊plebis tue⌋.i.hũiliũ. illoꝝ.ſ.q̃ ſe
humiliãt ſub potenti manu dei. Et in h̃ ſignat̃ nr̃a abſolutio. Quartũ ẽ peccato K
rũ noſtroꝝ opertio. Uñ ſeq̃tur.⌊Operuiſti oĩa pctã eoꝝ⌋ Ne videret ea hõ in p̃ſen
ti ad imitandũ. Uel ne ea videret in iudicio ip̃e pctõr ad erubeſcendũ. Diabol⁹ ad
deridẽdũ et accuſandũ. Angeli et ſcti ad teſtificãdũ. Iob.ca.x. Inſtauras teſtes tu
os ꝯtra me. Ip̃e de⁹ ad puniẽdũ.q̃ erit iudex et teſtꝭ. Hiere.xxix.⌊Op̃uiſti⌋.ſ.inq̃m
pallio carnis q̃ maria te veſtiuit extẽſo in cruce. De quo p̃dixeras anie peccatrici
Eze.xvi.⌊Expãdi amictũ meũ ſup te⌋ ne.ſ.apparet turpitudo tua. Uel ⌊op̃uiſti⌋
pallio charitatꝭ.q̃ te fecit incarnari. De q̃ puer.x. Uniuerſa delicta op̃it charitas.
Itẽ.i.Pe.iiij. Charitas operit mltitudinẽ pctõꝝ ⌊Op̃uiſti⌋ etiã a facie ſolis.i.ab
ira patris p interpoſitõem nebule.i.carnis tue.ſic̃ p̃dixeras eccĩ.xxiiij. Sic nebu
la texi omnẽ carnẽ. Propter hãc opertionẽ dicit̃ in p̃s. Beati q̃ꝝ remiſſe ſunt iniq̃
tates et q̃ꝝ tecta ſunt pctã. Que remittũt̃ in ꝯtritõe.op̃iũt̃ in ꝯfeſſiõe et ſatiſfacti
one. De ꝯfeſſiõe vl'ꝓpoſito ꝯfitẽdi dr̃. Dixi ꝯfitebor et tu remiſiſti. De ſatiſfactõ
ne.⌊Uniuerſa delicta op̃it charitas⌋.i.op̃a penitẽtie ꝛ miſicordie facta ĩ charitate
Moraliter. Si vis a dño bñdici.oꝑtet vt ſis terra dñi ei tanq̃ dño referẽs di L
gnos fructus. Habẽt eñi demões terrã ſuã.de qua dr̃ Iſa.xxvi.⌊Terrã gi
gantiũ⌋.i.demonũ⌊detrahes⌋.i.deorſũ trahes.ſ.ad terrã miſerie et tenebrarũ ꝛc.
⌊in ruinã⌋ Terra hoꝝ gigantiũ.illi q̃ demonib⁹ fructificãt op̃a tenebraꝝ. Paulo
infra q̃re bonas ꝓꝑetates terre q̃ ꝯpetunt viris iuſtis.
Item de hac terra dr̃ in p̃s.⌊Uiſitaſti terrã et inebriaſti eã.multiplicaſti locu M
pletare eã.⌋ Sermo de incarnatõe dñica. Dauid eximi⁹ ꝓphetaꝝ cui ſpecia
liter de chriſto facta ẽ repromiſſio. Uñ. De fructu vẽtrꝭ tui ponã ſup ſedẽ tuã. De
ꝯceptu v̾gĩs diſſerẽs et q̃ſi gr̃as agẽs q̃ exaudita ſit illa ei⁹ orõ. Uiſita nos dñe ĩ
ſalutari tuo. Dicit.⌊Uiſitaſti⌋.o dñe⌊terrã⌋.i.mariã ⌊Uiſitaſti⌋ Nota v̾bũ freq̃n
tatiuũ.⌊Freq̃nter eñi viſitauerat eã de⁹ p angelos ſuos officiales. Sed ĩ ꝓp̃a ꝑſo
na viſitauit eã q̃ñ dictũ eſt marie. Dñs tecũ. Et tũc meritis ip̃ius viſitauit nos ori
ens ex alto. Luce.i.
Seq̃t̃.⌊Et inebriaſti eã⌋.i.gr̃a repleſti.q̃ eſt vinũ optimũ Uñ tũc dicta ẽ gr̃a plẽa.

Inebriaſti eam N

Inebriaſti eam
- Pigmentis omniũ gratiarum.
- Raſpato humilitatis
- Uino albo virginitatis.
- Uino rubeo charitatis.
- Uino plano manſuetudinis vel paup̃tatis.
- Ferrato conſtantie et fortitudinis.
- Muſto forti et calido diuine dilectõis.
- Gariofilato leticie ſpiritualis.
- Sementiato cõtemplatõis.q̃ ſurgit ex diuerſis.
- Pigmento interioris ꝯſolatõis. Pigmentũ eñi dicit̃ q̃ſi pius guſtus mentis.
- Roſato aromatico ꝑfecte dilectõis.q̃ cupiebat diſſolui et eſſe cum chriſto.
- Clareto ſapidiſſimo eterne beatitudinis.

Quid hec oĩa ſignificent quere libro.xij.de orto.particula.i.verſu.xij.

Hec ebrietas O
- Fecit eam obliuiſci populũ ſuum et domum patris ſui.
- Letificauit gaudio ineffabili. Uñ dixit. Exultauit ſp̃s me⁹ ĩ deo ſalutari meo.
- Audaciã ſũmiſtrauit et ſecuritatẽ ꝯſcie. Uñ dicebat ad p̃re. Oſculet̃ me oſ. oris ſui

Hec ebrietas
- Fortitudinem pbuit. Unde. Quoniã virũ nõ cognoſco.
- Quaſi cancellare fecit qñ electa in matrẽ dei p hũilitatẽ reſpondit. Ecce an. dñi.
- Appetitũ eius excitauit qñ orauit. Fiat mihi ſm verbum tuum.
- Inſenſibilẽ reddidit in bono ſenſu in paſſiõe filij. Unde viſa ẽ dixiſſe tũc illud p/uer. xxiij. p virtutẽ patientie. Uulnerauerũt me in filio et nõ dolui.
- Largiſſimã et liberaliſſimã eam fecit. et totius miſericordie genitricẽ.

Sequit Multiplicaſti locupletare eã. i. multipliciter locupletare eã. Et tunc in ea impletũ ẽ illud puer. in fi. Multe filie ↄgregauerũt diuitias ⁊c̃. Itẽ multi. locu. eam. tribuẽs ei et nob p eam tuã diuinitatẽ. et ex ea aſſumẽs nr̃am hũanitatẽ. Ul multi. locu. eã. Sicut videlicȝ dant q̃dam gaudiola et ludicra matrib in ortu puerorũ. Prima pars huius locupletatõis. ꝙ ↄcepit ſaluo flore. Portauit abſq; onere. Peperit ſine dolore. Poſt partũ ỽgo pmãſit. Sola ỽgo lac habuit. Nutrientẽ ſe nutriuit. Portãtẽ ſe in brachijs et manib geſtauit. Luc eterne cãdorẽ pãnicul inuoluit. In quẽ deſiderãt angeli pſpicere ad placitũ ſuũ deoſculari licuit. Ipm regem angelorꝝ ſibi plenarie ſubditũ vidit et cetera hmõi. Scd̃a pars hui⁹ locupletatõis ↄſiſtit i duodecim p̃rogatiuis de q̃b ſup̃ dictũ ẽ libro. iij. Ad lr̃am. tres illi beati magi veniẽtes ad cunabula filij. dicunt i apocriſo imẽſis munerib muneraſſe mariã. q̃ apt thesaur ſuis. nõ ſolũ marſupijs. filio dei p̃cioſa mũera obtulerũt. P

Uiſitaſti terrã ⁊c̃. Nota ꝙ ante incarnatõnẽ q̃ſi morabat ex toto celeſt archiepus i ſua dyoceſi. h̃ eſt in celo. et clamabat puincia. i. mũdus ad patrẽ. Uiſita nos dñe i ſalutari tuo. Quo ĩpetrato dicit zacharias Lu. i. Uiſitauit nos oriẽs ex alto. Illumiare his ⁊c̃. Iõ fili⁹ ad h̃ miſſus a p̃re dr̃ legat⁹ i abdia. vbi de patre dr̃. Legatũ ad gẽtes miſit. Et ad q̃d: Ad ſanãdos lãguidos. nõ ad euacuãdas crumenas. aut replẽda marſupia. Propter h̃ dicit de iſto legato puer. xiij. Legat⁹ fidel ſanitas ſed legat⁹ infidel ĩfirmitas. In ſua igit incarnatõe viſitauit chriſt⁹ terrã. i. mũdũ vel hominẽ. Inebriauit in ſua p̃dicatõe. qđ apparuit in cõuerſis fidelib. vt oſtenſũ ẽ i maria. Uel etiã in paſſiõe. qñ torculat⁹ eſt ille botr⁹ i palo btẽ cruc. vt ſanguinẽ vue meraciſſimũ biberẽt hoĩes in ſacramẽto. Multiplicauit locupletare in ſpũſſcti miſſione. et oĩm collatõe cariſmatũ. ſed ineffabiliter locupletabit i generali reſurrectõne. Q

Itẽ de hac terra in p̃s. Domin⁹ dabit benignitatẽ vl ſuauitatẽ. i. affectũ bonum. R quod fuit qñ virgini btẽ votũ vel deſideriũ ppetue ỽginitatis inſpirauit. Aliter ei nõ fuiſſet digna ↄcipe filiũ dei. Moraliter. Affectus bon⁹ ꝙ eſt qñ delectat hominẽ bñ agere. habet a ſolo deo. Seq̃t. Et terra nr̃a dabit fructũ ſuum. Et alibi. Terra dedit fructũ ſuũ. Terra nr̃a btã virgo q̃ ex dono dei facta eſt nr̃a. Unde ezech. xx. Dedi eis terrã fluẽtẽ lacte et melle. p̃cipuã omniũ terrarꝝ. Si g̃ terra hec nr̃a eſt. ergo fruct⁹ ei⁹ nr̃. quẽ ipa videt tenere in manib ſuis i ſua imagie. q̃ſi oĩb offerens illũ. ſȝ ab illis ſolis recipit. q̃ auferũt a ſe iniq̃tatẽ q̃ erat i manu ſua. Iob xi. Et notabiliter dicit. dabit vl dedit. Terra eni hũano ſemie ſemiata. nõ dicit p p̃rie dare ſed magis reddere fructũ ſibi cõmiſſum. Sed maria q̃ ↄcepit nõ ex virili ſemie ſȝ myſtico ſpiramie. i. ſpũſſcti opatõe. p̃pe dedit fructũ ſuũ. ⁊ bñ ſuũ. q̃a nec alia terra digna extitit portare talẽ fructũ. nec talis fructus alij terre ↄpetebat. Iõ dr̃ fructũ ſuũ. i. ſibi ↄgruum. q̃a ſoli virgini ↄgruebat parere filiũ dei. et ſoli deo matrẽ habere virginẽ. Uel ſuũ. i. bñdicta bñdictũ. ſic terra maledicta i ope adam fructus dedit maledictos Geñ. iij. videlicȝ ſpinas et tribulos. Uel fructũ. ſ. totũ. ſuũ nõ ↄmunẽ ſibi et viro. q̃a formatũ de ſola carne virginis ope ſpũſſcti. Unde fili⁹ dicit de patre Iſa. xlix. Formãſ me ex vtero ſeruũ ſibi. vt reducã iacob ad eũ. Nõ dicit. formãs me ex lumbis viri. ſ. Nec dicit ex vmbilico vbi mlierib ſedes eſt luxurie. Sed ex vtero ỽginali ſine ope virili et ↄcupiſcẽtia mliebri. ¶ Aliter De S dit fructũ ſuũ nõ vendidit. q̃a nõ habebam⁹ p̃ciũ. Iõ de fructu ſuo dicit mr̃ Iſa. lv. Uos q̃ nõ habetis argẽtũ pperate emite et comedite ⁊c̃. Dedit inq̃m fructũ ſuũ in tpe ſuo. i. i tpe gr̃e. Nec ſolũ ſemel dedit hec terra fructũ ſuũ. ſed iugiter fructificat pctõrib remediũ. Chriſtus dicit fruct⁹ a fruor frueris. q̃a in p̃ſenti nr̃a ẽ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

refectio.ſed in celis angelorũ et hominũ fruitio.
Itẽ de hac terra in pſ. Deus rex noſter añ ſecula operatus eſt ſalutẽ in medio ter/ T
re .i.in vtero virgis.q̃ mirabili ꝓprietate terre mediũ appellat̃.vtpote centrũ me/
Bern. diũ circũferẽtie. Btũs berñ. Sicut enĩ punctũ ĩ medio figit̃ a q̃ linea inchoata in
lõgũ ꝓtẽdit̃.ſic maria ĩ tribubꝫ iſrael minima.ad exẽplũ totiꝰ mũdi q̃ſi ꝓteſa ꝓpõit̃.
Ad ipam enĩ ſicut ad mediũ .ſicut ad archana dei.ſicut ad rex cauſam. ſicut ad ne
gociũ ſeculoꝝ reſpiciũt.et q̃ in celo habitãt.et q̃ in inferno.et q̃ nos ꝓceſſert.et nos
q̃ ſumus.et q̃ ſeq̃ntur.et nati natoꝝ.et q̃ naſcent̃ ab ipis. Qui ſunt in celo .i.an/
geli vt reſarciant̃. Qui in inferno .i.patres antiq̃ .vt eripiant̃. Qui ꝓceſſerũt vt
ꝓphete fideles inueniant̃. Qui ſeq̃nt̃ vt cõuertant̃ a peccato .et ꝑ eã glĩficent̃.
Item in dicto circulo punctũ modicũ hũilitas marie. circũferẽtia ꝯtinẽtia totiꝰ crea V
ture et maxime ſaluãdoꝝ. Vñ dicit ecci.xxiiij. Girũ celi .i.eccl'iam circũiui ſo/
la Vel iõ maria centrũ mũdi.q̃a ex omni parte mũdi oẽs habẽt ad eã recurrere ĩ
omnibꝫ ſuis neceſſitatibꝫ.ſic oẽs circũferentie recurrũt ad centrũ.
Aliter Deus rex noſter q̃ eſt ante ſecl'a q̃a in ꝓncipio erat ꝟbũ operatus eſt ſalutẽ X
humani generꝭ incarnãdo.ꝑdicãdo.patiẽdo. Ideo dictꝰ ẽ ieſus.i.ſaluator. In me/
dio terre .i.in ꝯmũi. Vel ĩ hierl'm que dicit̃ vmbilicꝰ terre. Eze.xxxviij. In hiſ ꝟ
bis q̃druplex hereſis elidit̃. Q; dicit pſ. Deꝰ eſt ꝯtra neſtoriũ q̃ dixit ipm purã
creaturã. Q; dicit rex noſter ꝯtra iudeũ q̃ dixit. Nõ habemꝰ regẽ niſi ceſarem.
Joh.xx. Q; dicit ante ſecula cõtra arriũ. Q; dicit operatus ẽ ꝯtra manicheũ.
Hec eſt terra de q̃ ĩ pſ. Dñi eſt terra illiꝰ.ſ.ꝓpa.vt ſup. Et plenitudo eiꝰ .ſ. ꝟtutes
et dona gratiaꝝ. Vñ ipa dicit.i.Choꝝ.xv. Gr̃a dei ſum id qꝺ ſum.
Hec eſt terra de q̃ orta ẽ ꝟitas.ſ.hũane carnis quã ſibi chriſtꝰ vniuit. dante deo beni/ Y
gnitatẽ nr̃e redemptõis. Moraliter. Veritas ꝺ terra orit̃.qñ terrenꝰ peccator pec
cata ſua veraciter confitetur.
Hec ẽ terra deſiderabil'. Unde ꝺ ſeruis marie. Pro nihilo .i. ꝑ breui et mĩmo ſerui
uitio habuerũt terrã deſiderabilẽ .i.mariã. cui dicit Iſa.xxvi. Aĩa mea deſidera
uit te ĩ nocte ꝓſentꝭ miſerie. Ibidẽ. Nomẽ tuũ et memoriale tuũ ĩ deſiderio aĩe.
Hiero. Hec eſt terra deſerta inuia et inaquoſa.ſicut exponit hieronymꝰ. in qua dominus ĩ
ſancto apparuit.vt videret.i.videri faceret et cognoſci virtutẽ et gloriam virginis
glorioſe. De quo ſancto dicit̃ Luce.i. Quod naſcet̃ ex te ſanctũ ꝛc̃. Expone tria
adiectiua.
Hec eſt terra quã debemꝰ inhabitare ꝑ dilectõnem verã et iuge ſeruitiũ. Unde ma/ Z
rie dicit̃. Sicut letantiũ omniũ habitatio eſt in te.et hoc vt paſcamur in diuitijs
eius. Pſal. Inhabita terrã et paſceris in diuitijs eius.
Hec eſt terra de qua dicit̃ deo patri. Qui fundaſti terrã .i.mariã ſup ſtabilitatem
ſuã .ſ.fidem.ſ.vel humilitatẽ. De qua dicit pater Iſa xlviij. Manus mea fundauit
terram ꝛc̃. Non inclinabitur .ſ.ad peccandũ. Vel non inclinabit̃. quia nunq̃ꝫ
titubauit diffidendo de angelica ꝓmiſſione.vel deſperãdo de filij reſurrectõe. ſicut
fecerunt apoſtoli dicentes Lu.xxiiij. Nos autẽ ſperabamus ꝛc̃. Item. Non in/
clinabit̃. Nunq̃ꝫ enim inclinauit ſe ad dexterã ꝑ ꝓſpa.vel ad ſiniſtrã ꝑ aduerſa. vl'
deorſum ꝑ aliqua diaboli temptamẽta. quia virtus eſt habitus in medietate cõ/
ſiſtens. Vel hoc ideo dicit̃.q̃a fuit ml'ier timens deũ.et timor firmamentũ eſt aĩe.
Unde. Poſuiſti firmamẽtũ eius formidinem.
Dicit̃ autẽ de hac terra Eccl'iaſtes.i. Generatio ꝓterit. Hoc impletũ eſt ĩ paſ AA
ſione qñ petrus chriſtũ negauit.et diſperſe ſunt oues ꝑcuſſo paſtore. Unde
filius patri. Elõgaſti a me amicũ et proximũ Et generatio aduenit Hoc fuit qñ
latro credidit et penituit.cui ꝓmiſſum eſt. Hodie mecũ eris in paradiſo. Terra
aũt .i.maria in eternũ ſtat In verbo ſtãdi notat̃ ꝑſeuerãtia in fide. Ideo nota/
biliter dicit Johã.xix.q̃ ſtabat iuxta crucem ieſu. Ideo dixerat dñs Iſaie.lxiij.
Torcular calcaui ſolꝰ.et de gentibꝫ nõ eſt vir mecũ nõ dicit mulier. Torcular
mors que ſicut torcular vinũ ab acinis ſic exprimit aĩas a corporibus hũanis. Sꝫ
dominus preſſus in hoc torculari ꝓſſit ipſum torcular.quia mortẽ deuicit.et de ſe

vua nobis exp̄ſſit calicē vini vel ſāguis meraciſſimi quē bibim⁹ ī altari. Et tūc xpē potuit dicere [ Nō eſt vir mecū ] p firmā credulitatē. Sed ſola hec m̄lier cū eo mā ſit p fidē. Ideo dicit [ calcaui ſol⁹ ] Et illud. Singulariter ſū ego donec trāſeam. Ideo etiā tūc dixit patri Mat. xxvij. Hely hely lama azabtany. Hel interp̄taṫ de⁹. y. me⁹. hely hely. de⁹ me⁹. de⁹ me⁹. Lama īterp̄taṫ q̄re. azabtan. dreliq̄ſti. y. me

Aliter. [ Terra ineternū ſtat ] et inter cetera elemēta ſola ē īmobil' ⁊ ſolida. Marie ſtabilis ſoliditas ipi⁹ hūilitas. vl' p̄poſiti firmitas q̄ nunq̄ꝫ vacillauit. In parte ſiq̄dē p aliq̄d accidens p̄t terra moueri. ſicut fit in terremotu. ſꝫ vniuerſaliter nō. Vñ nullū edificiū firmū eſt. niſi a terra habeat firmitatē. Sic nec maria vnq̄ꝫ mota ē p cōſenſū peccati. imo in ei⁹ cōſtantia nos labiles firmitatē accipim⁹. p exēpla ei⁹ ⁊ orōēs. ſine cuius auxilio impoſſibile eſt eſſe firmū. BB

Itē de hac terra Iſa. xl. [ Qui appendit tribus digitis molē terre ] Moles īmobil' hui⁹ terre pond⁹ hūilitatis vl' firmitas p̄poſiti. Pond⁹ eni ē impet⁹ rei conātꝭ ad locū ſuū. Quaſi eni duplicē locū habet hūilitas. Suo iudicio īferiorē. Vñ. humilitas q̄ſi humi latēs. Dei iudicio ſup̄iorē. Unde vero hūili diceṫ in iudicio. Amice aſcēde ſup̄i⁹. Lu. xiiij. Sed ſup̄bo tūc diceṫ q̄d dictū ē lucifero Iſa. xiiij. [ Tu dicebas ] o lucifer [ in corde tuo. aſcendā in celū ] ⁊ ego dicā tibi [ Verūtamē ] dico q̄ [ ad infernū detraherꝭ in p̄fundū laci ] Imitanṫ ei eū q̄ ſunt ex parte ei⁹. Sap. ij. CC

Itē de hac terra Iſa. xl. [ Qui appēdit trib⁹ digitꝭ molē terre. ] Tres digiti. q̄ꝛ digitus ē de manu q̄ ſignat opatōem. ſignāt opationē trinitatis. Prim⁹ pollex. q̄ fortis eſt valde. potētia patris. Secūd⁹ q̄ diciṫ index ab indicādo. ſapiētia filij. Tercius q̄ dicitur mgr̄. magiſteriū ſp̄ūſſcti. cui⁹ vnctio docet de oīb⁹. i. Ioh. ij. Et nota q̄ res appēſa illi ſoli rei innitiṫ a q̄ appendiṫ. ſicut patet ī lāpade. ſic et maria īnitebaṫ ſoli adiutorio diuino. Vñ cāt̄. viij. deſcribiṫ innixa ſup dilectū.

Hec eſt terra ſitiens de q̄ Iſa. liij. [ Aſcēdet ſicut virgultū corā eo. et ſicut radix d terra ſitienti. ] Terra ſitiēs diciṫ terra arida et nō ꝯpluta. que licet exteri⁹ humorē n̄ recipiat vnde ꝯcipiat et aliquā radicē pariat q̄ poſtmodū in arborē vl' herbā p̄deat. tñ q̄nq̄ꝫ deo opante in ſeip̄a et nō aliūde radicē aliquā ꝯcipit q̄ p̄ſilit in herbā vel arborē. Sic beata virgo n̄ accipiēs humorē ab extrīſeco vnde int⁹ ꝯcipet. operāte in ſe diuia gr̄a ꝯcepit filiū et ſeip̄a. Vñ dictū ē ei Lu. i. [ Ecce ꝯcipies ī vtero ] i. ex vtero. Qui ꝯcept⁹ ħ mō p̄dijt ex vtero ver⁹ hō. Ideo dict⁹ eſt aſcēdiſſe de terra ſitiēti ſicut radix. Et nota q̄ ad plātādā hāc radicē. facta eſt foſſa in hac terra p humilitatē. terra eiecta p pauptatꝭ amorē. arbor terre applicita p naturaꝝ vnionē. q̄ ē illa corrigia quā nō ſoluit iohēs. quia nō explicat vnionē verbi cū carne. radix terre cōiuncta p ſp̄ūſſancti opatōem. Iō dr̄ Iſa. liij. Generatōeꝫ ei⁹ q̄s enarrabit. DD

Hec eſt terra [ p quā nō ambulauit vir ] i. maritus ſu⁹ ioſeph. Hiere. ij. [ necq̄ꝫ habitauit hō ] pur⁹. ſ. ſed de⁹ et hō chriſt⁹ ieſus. Itē [ terra q̄ nō ſeminaṫ ] ſic dr̄ ibidem.

¶ Maria EE

De appellationib⁹ terre — Terra q̄ ſm quoſdā diciṫ a terion q̄d eſt ſtatio. q̄ꝛ terra ineternū ſtat. Eccēs. i. cū ignis et aer et aq̄ ſint mobilia. Vel' dr̄ a terendo q̄ntū ad ſup̄iorē partem q̄ teriṫ. vel q̄ꝛ teritur alijs trib⁹ elemētis circūpoſitis. Tūc ei p̄prie potuit dici terra. q̄n cōculcauerūt eam in filio inimici ei⁹ tota die paſſionis.

— Solum. ſcꝫ a ſoliditate. et notat ſoliditatem et conſtantiā animi marie in p̄poſito virginitatꝭ conſeruāde. et ſtabilitatē fidei ei⁹ in tp̄e dn̄ice ſepulture.

— Tellus q̄ ſm q̄ſdā diciṫ a tollēdo ſe in altū actiue vl' paſſiue. q̄a tollim⁹ ei fruct⁹ ſuos. vel q̄a fructus ei⁹ nos tollūt. i. nutriūt. vel q̄a nos tollit. i. portat. Vel a tolerādo. quia tolerat labores hominū.

Maria — Humus ſic dicta p̄prie quando latebat ſub aquis. Unde humus ab humore. Et maria humus propter humectatōnem omniū cariſmatū et gratiarū. Geneſis. ij. Produxit dominus deus de humo omne lignum pulcrum viſu. Quere libro. xij. particula. vi. vbi agitur de arboribus orti concluſi. titulo. xviij. de ligno.

— Arida ſic p̄prie dicta eſt aquis in vnum collectis. Geneſis. i. [ Cōgregenṫ aque ⁊c. ] FF Ibidem. [ Vocauit deus aridam terram. Vocauit ] id eſt. voluit vel preuidit

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

# Maria figurat̃ his que pertinẽt ad terrã

ſic vocari.et talẽ fecit q̄ſic deberet vocari. Dicitur aũt arida ab ariditate. q̄a deſic-cata igne ſpũſſancti ꝛ filio ſuo q̄ ignis ꝯſumens ē.ad heb.xij.ab omni humoꝛe noxio et carnali.nec in ea aq̄ terrenaꝝ ꝯcupiſcentiaꝝ locũ habuerũt. quia celeſtiũ cõtẽplatio terrena deſideria in ea ex toto exiccauit. Viſo enĩ dño emarcuit femur iacob. Gene.xxxij. Dixit autẽ deꝰ. ⌊Cõgregent̃ aque q̄ ſub celo ſunt in locũ vnũ et appareat arida.⌋ Iſtud enĩ impletũ eſt in maria.⌊Omnes enĩ aq̄⌋. i.grẽ ⌊que ſub celo ſunt⌋.i.ſub deo⌊cõgregate fuerũt in locũ vnũ⌋.i.in aĩam btẽ virginis q̄ñ dicta eſt grã plena.et nihilominꝰ ĩpa apparuit arida dicẽs angelo. ecce an.i.inter ꝟtutes hũilima ſicut inter aq̄s arida. Eiꝰ enĩ hũilitas ꝟe erat vorago virtutũ. Itẽ de hac arida dr̄ in p̄s.⌊Aridã⌋.i.mariã ⌊fundauerũt manꝰ eiꝰ⌋.i.chriſti.⌊Manꝰ eius⌋.i.dona graꝝ⌊fundauerũt⌋in ꝓfundo hũilitatiſ. Vñ alibi dr̄ chriſto ⌊Qui fũdaſti terrã⌋.i.mariã⌊ſup ſtabilitatẽ ſuã⌋ que fuit hũilitas eius⌊Nõ inclinabit̃⌋ ad peccandum⌊in ſeculũ ſeculi.⌋

Limus q̄ eſt terra tractabil'.deſignata ꝑ limũ de quo formatꝰ eſt ꝑmus hõ. Gene. ij. Erat enĩ beata virgo q̄ſi arida.i.terra ſicca ab humoꝛe nociuo vt ſup̄ dictũ ē añ filij incarnatõem. Acceſſit grã ſpũſſancti q̄ſi fons irrigans. deſignatꝰ ꝑ illũ fontẽ Gene.ij.q̄ aſcẽdebat e terra.irrigans vniuerſam ſupficiẽ terre.ꝛ plene rigauit mariã.et ex tali cõiunctõe factus eſt limꝰ de q̄ formatus ē chriſtus. Dicit̃ aũt limus q̄ſi ligans humꝰ. Beatus bern̄. Quid limo viliꝰ.q̄d deo ſublimius? Tanta tñ dignatio facta ē.vt q̄cq̄d deus fecerit limus feciſſe dicat̃.q̄cq̄d limus ꝑtulerit deꝰ ꝑtuliſſe dicatur. G H

Bern̄.

Et argil.i.argilla.q̄ fere idem ē q̄d limus.terra.ſ.tractabilis et firma.ſup quã ſecure fundant̃ opa lapidea. Similiter beata maria tenax et firma fuit ĩ ꝓpoſito ꝯſeruãde virginitatis.nec etiã ad ꝓmiſſum angelicũ vacillauit. Fuit etiã tractabil' per obedientiã reſpõdens. Ecce ancilla dñi. Quaſi diceret. Quicq̄d ei placuerit faciat de ancilla ſua. Tractabilẽ etiã ſe exhibet ꝑ benignitatẽ.ad vota nr̃a ſi iuſta fuerit adimplẽda. que etiã ꝓcibꝫ meritis et exẽplis ſuſtentat in ꝟtute et grã edificiũ eccleſie militãtis. Ipa eſt etiã terra argilloſa in qua fudit hiram oĩa vaſa tẽpli ſalomonis ĩ campeſtri regione ioꝛdanis inter ſochot et ſarthan.ſicut legit̃.iij. Regũ.vij. Ipa ſiq̄dem modulus ē et exemplar oĩm ꝟtutũ et foꝛma totiꝰ bonitatis.

¶ Maria terra

Quia diuerſis floribꝫ.i.ꝟtutibꝫ picturata. Vnde geñ.ij. Fons aſcẽdebat de terra. irrigãs vniuerſam ſupficiẽ terre. Supficies terre.i.dignitas terre ꝑadiſi.i.eccleſie beata virgo.picturata et oꝛnata diuerſis ĩmo vniuerſis ꝟtutibꝰ velut terra floribus. Vnde dicit̃. Circũamicta varietatibꝫ. D D

Quia diuerſis herbaꝝ medicinaliũ generibꝫ veſtita. Nam ipiꝰ humilitas exemplo medicinat ſupbiã.pauptas et largitas cupiditatẽ et auariciã.virginitas luxuriã. benignitas odiũ et irã.et ſic de alijs. Et ſic in floribꝫ intelligit̃ oꝛnatus ꝟtutuꝫ q̄ ad ipam.in herbis effectus virtutũ q̄ ad homines.

Quia infimũ elementũ.et h̄ ꝑ ſummã et ꝓfundã humilitatẽ.iuxta documentũ ſapientis Ecci.iij. Quãto magnus es hũilia te in oĩbꝫ.et corã deo inuenies ḡtiã. Et h̄ optime ĩpletũ ē ĩ maria. Itẽ iuxta illud eze.xxxij. Quo pulcrioꝛ es deſcẽde.

Quia calcabile elemẽtũ.et h̄ ꝑobedientiã. Vñ dixit. Ecce an.do. Ancille enĩ ē obedire. Quaſi diceret. Quicq̄d ei placuerit faciat de ancilla ſua. Vel q̄ſi calcabilem ſe ꝓbuit ꝑ ſũmã patiẽtiã. Vñ potuit dicere.⌊Cõculcauerũt me⌋.ſ.in filio meo⌊inimici mei⌋tota die paſſionis.

Quia ſitibundũ elemẽtũ.et h̄ ꝑ grẽ deſideriũ. Vnde de chriſto dicit̃ Iſa.liij.⌊Aſcẽdet ſicut radix de terra ſitiẽti⌋.i.maria. Quere d̄ hac ſiti lib.xij.particl'a.i.verſu.vi. oꝛti concluſi.vbi oꝛtus dicit̃ ſitibundus.

Quia alicubi plana per manſuetudinẽ vel iuſticiã. Quere de planicie libro.xij. ꝑticula.i.verſu.v.oꝛti concluſi.

Quia alicubi montuoſa ꝑ ſummã excellentiam.

Quia alicubi cõualloſa per duplicem humilitatẽ.

Maria terra

Quia alicubi campeſtris. Vñ de terra ꝓmiſſionis dicit̃ Deutero. viij. q̄ montuoſa eſt et campeſtris. Quere infra titulo. iij. de ꝓprietatibꝫ campi.

Quia ĩmobil' ſm ſe totã. Eccl'eſ. i. Terra ĩeternũ ſtat. Hoc habes expoſitũ paulo ſ.

Quia tractabilis. maxime vbi eſt argilloſa. Hoc inuenies infra.

Quia ex attritõe multiplici reddit̃ ſolidioꝛ. Quo enĩ magis ĩpulſa ẽ in filij paſſiõe. eo firmius ſtetit. Vñ ioh. xix. Stabat iuxta crucẽ ieſu ⁊c̃. Ideo dicit ei ſponſus Can. vij. Statura tua aſſimilata ẽ palme. Quere lib. x. de pulcritudĩe ei⁹. ti. xxiiij.

Quia om̃e edificiũ in terra fundat̃. ſic q̄cq̄d boni facere volum⁹ in ipa fundare debemus ꝑ fidem incarnatõis cuius fuit miniſtra. et coꝛũ q̄ ad ipam ꝑtinent. Unde ipa dicit. In me oĩs ſpes vite et virtutis.

Quia cadentes ſuſcipit. et ipos adiuuat ad ſurgendũ. Quo ad ꝓmũ dꝛ de euo ei⁹. Cũ ceciderit nõ collidet̃. q̄a ſupponit manũ ſuã. Quo ad ſcdm apoca. xij. [Et adiuuit terra] i. maria [mulierẽ] i. animã fidelẽ. Ideo ſic oꝛãda ẽ iugiter. Succurre cadẽti ſurgere q̄ curas ppl'o. Alioq̄n niſi velim⁹ ſurgere. nõ p̄t ipa ſuccurrere. Manibꝫ aũt. i. opibꝫ bonis factis ad honoꝛẽ ei⁹. et pedib⁹. i. deuotis affectibꝫ debem⁹ nos p̄hẽdere huic terre et hũiliari ad eã. ſic̃ q̄ ſe p̄hendit t̃re ĩclinat̃ verſus terrã. vt ſic reſurgere valeam⁹ poſt caſum peccati. II

Quia nobis ĩterponit̃ ⁊ abyſſo. qua ſubtracta ſicut choꝛe dathan et abyron. Numeri xvi. ſtatim deſcẽdim⁹ in infernũ viuẽtes. ſic ſubtracto nobis adiutorio marie. ſtatim labimur in peccatũ. et inde in infernũ.

Quia fere q̄cquid viuit. viuit de terra. Sic ⁊ quicq̄d viuit ꝑ grãm ꝑ mariã viuit q̄ genuit vitam. Ideo ipa dicit. In me gratia omnis vite ⁊c̃.

Quia de terra tollit̃ aurũ et argentũ q̄ redimunt̃ captiui. Et ipa peꝑit illũ q̄ eſt redemptio aĩaꝝ noſtraꝝ. Nam ipa eſt terra euilath vbi naſcit̃ aurũ. Quere ſupꝛa in principio tituli.

Quia de terra tractabili foꝛmãt̃ quedã vaſa ad diuerſos vſus neceſſaria. Et d̃ ſubſtantia carnis eius foꝛmatũ ẽ vas coꝛpis dñici. in q̄ vaſe nobis a patre trãſmiſſũ eſt illud electuariũ quo ſanatũ eſt genus humanum.

Quia de terra oꝛiũtur floꝛes ⁊ herbe aromatice ſpecies et radices ex q̄bus ꝯficiũt̃ medicine. Eccl. xxxviij. Altiſſimus creauit de terra medicinã. Et de ipa nata ſũt membꝛa ſaluatoꝛis q̄bꝫ contritis in cruce ſanatũ eſt gen⁹ humanũ.

## Maria area — Titulus ij.

Verſus ſecund⁹ Hiero.

